



SOPOMPONII ME

LAE DE ORBIS SITV LIBRI TRES, ACCVRATIS
sime emendati, unā cū Commentariis Ioachimi
Vadiani Heluetii castigatoribus, & multis
in locis auditoribus factis: id quod cādi-
dus lector obiter, & in transcurſu
facile deprehendet.

ADIECTA sunt præterea loca aliquot ex VADIANI com-
mentarijs summatis repetita, & obiter explicata: in quibus
æstimandis censendisq; doctissimo uiro Ioanni CAMERTI
ordinis Minorum Theologo, cum Ioachimo VADIANO
non admodum conuenit.

RVR SVM, Epistola Vadiani, ab eo penè adulescente ad Ru-
dolphum Agricolam iuniorem scripta, non indigna lectu,
nec inutili ad ea capienda, quæ aliubi in Commentarijs suis
libare magis, quam longius explicare uoluit.

Cautum est priuilegio, ne alibi hoc opus proximo triennio imprimatur.

BASILEAE, ANNO M. D. XXII.

TYPVS ELO
QVENTIAE

Hercules Gallicus.

1512. I-F

ueterem admodum Africæ gentem, cum in Astrum profecti essent, cumulis arenarū opertos misere perijisse serēbit. Miror autem Gelliū lib. 16. hoc inter fabulosa estimare potuisse, cū historicā fide nihil dissimile strabo prodiderit, & multis de locis C. Pli. author cum primis grauis, paria memoret: uelut lib. secundi. 47. capite de Dalmatiae specu, in quē deicto leui pōdere, quāuis trāquillo die, turbini similis emicet procella. Quod & apud nos in proximis alpibus Abbatiscelle (ita pagus Heluetiorū uocatur) ingēti, & altissime denūso specu fieri obseruauimus. Verū talū fortasse causam uerisimilē q̄s retulerit? Maiora alibi mirabiliorāq; extant. Q̄orum

Lacus lucerna-
nus mira natu-
re.

Ioannes Xylo-
tectus.

Oswaldus My-
conius.

Conradus Gre-
belius.

Lacus Pilati.

agens sic s̄euit, ut æquor fluctibus. ^a Fons media no-

te feruet, mox & paulatim tepescens fit luce frigi-

taliū quispiā, quām diffusē (ut Pli. uerbis utar) per omne naturā subinde aliter atq; aliter numen erūpēs. 17 in Heluctia, prope Lucernam ueterem, & percelebrem urbem, mons est præaltus, quem ob fragosam asperitatem, & præcipitem altitudinem, etiamnum uernacula lingua Fracium cognominant, alienæ linguae durante uestigio Fracmont. Intra cuius editissimum uerticem lacus est, Pilati cognomento, angustus admodū, & palus ue- rius quām lacus, in quem de industria iniccta maximas tempestates ciere, & omnia undis opplere auunt: que uero casu incident, nūbil irritare cum tanquam planè humano sensu culpa carere, quod casu fit, intelligat. Ca- pit res fidem, quod pacatum irritare ausos, mox fuisse capite plexos, ob illatam accolis calamitatem, oppidanū referunt. Ego anno superiore cum mense Augusto Lucernam uenīsem lacus uisendi gratia, à doctissimo, & ue-

re ingenuis moribus prædicto Ioanne Xylotecto Canonico Lucernate, humanissime exceptus, & in ipsum postrē die montem eductus sum, comitatibus nos Oſualdo Myconio, eruditus, & pleno ingenui cādoris homine, & Con- rado Grebelio Tigurino Grebeliae me & fratre spectatissimae indolis adolescenti. Ac prima quidem luce oppidiē egressi, in medium ferē montis altitudinem, equis difficulti sanē, nec admodum trita uia uehebantur: mox equitan- di amplius cum copia non eſſet, iumentis in proxima pascua dimiſſis, & conducto qui nos anteiret pastore, bacis nixi, reliquum altitudinis pedites arctissima semita, quāq; non cuius iter fuerit, per ingentes hinc & inde riū- piū anfractus scandendo exuperauimus. Demumq; non sine sudore ad paludis marginem peruentum est. Mōs ipse, cetera ferē præceps, eo in loco pascuus est, & ingenti ſeſe ambitu in ſpeciem orbis inclinans ualle profun- da reſidet, ipſo in meditullio lacum ſuſinet, tenui tātum iuncō uerſitum, & horrida iuxta clauſum ſylua: quodq; ſolum adeunti religionem incutiat, alto undique silentio ſeptum. Nullus in eum riūs influit, nullus exit, aqua nigricans, phlegethōtēa, & plusquam palustris immota iacet: nec uenti facile torpētem excierint, Austro enē & Zephyro reliqua montis pars altissime aſurgens late obducitur, ab Euro & Aquilone loci profunditas, & quam dixi, densa ſylua tuerit. Mirum autem hybernis eum in iubibus non crescere, nec rursum aſtūis contrahē caloribus, deside aqua perpetuo (ut ferunt) tenore ſuos ſeſe intra limites cōtinente. Illud retulerim, nos in ascen- ſu, à pastore illo qui ducebat, tantum non iurisiurandi ſacramento adactos fuſſe, ne quid importunius tentare- mus uiso lacu, aut nequid iniſceremus. Capitis ille ſui aleam ludi aiebat, iterum iterumq; modestiam, atq; etiam ſilentium tanquam ad ſacra perduceret, expotulans. Qua re ut ueteri loci famē quicquam tribuerem, non pa- rum, fateor, commotus fui. Quanquam fabulosum eſſe conſtat, quod de Pilato quidā ſomniarunt, cerni cū quo- annis in lacu, uidelicet Iudicis habitu, nec annū ſupuiuere poſſe, qui uiderit, magna uanitate. Hęc enī mortalię leuitas eſt, ut locis naturā numine aliquo inſignibus fabularum præſtigias adnectant: & interim natura, nescio quomodo comparatum, ut non difficile credat, qui audiunt, religionis ui quadam ad hoc ipsum nos alliciente, & in hac etiam credulitatem rerum nouarum adeunte cupiditate. Porrò uerum ſit nec ne, quod de memorato la- cus ingenio constans accolarum fama circumfert, ne nunc quidem dixerim, cum experiri mihi non licuerit: ac ne ſi licuerit quidem, id facere ſine magno discriminē potuiſſem. Sed pleraq; tamen omnia ut recipiam, multorum experientia, & authoritate deprehensa, cōfirmataq; naturā miracula omnibus propè in partibus eius inſignia monent: ut interim non referam, cum mihi loci Genium uisum eſſe, qui in loco præſertim tam aedito, haud diffici- le natā de ſe famē reſpondere poſſit. Adeo enī excelsus mons eſt, ut à prima luce ad lacū uidendū, mox ad ſum- mum montis uerticem egressi, & citra moram lōgo descensu ad equos reuersi, occaſu iam Sole cum noctis prin- cipio urbem ingressi fuerimus, duabus plurimum horis ad cibū medio in monte capiendum inſumptis.

Fons Solis. Solis dictus, quod eius per cardines motu, calore & algore uariatur. Meminere Diodorus, Arri- nus, & Herodotus ubi ſupra. Ouidi. lib. transformatorum. 15. Medio tua corniger Hammon, Vnda die gelida eſt, ortuq; obituq; calescit. Hermolaus duos fontes huic ſe ingenij illis in locis eſſe credit, Plinius authoritate motus, qui ſecundo lib. Iouis, inquit, Hamonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. Et paulo post, in Troglo- dytis, inquit, fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens, ad no- etis media ſeuore atq; amaritudine infestatur. Hoc Pomp. ad Hammonis fontem retulit. Ceterum ut ex Plini-

celeberrimus, ab ijsdem prope alpibus decidit: e' quarum iugis non adeo magnis interuallis, in meridiem fluxus Abdua, Athesis in ortum, in occasum Rhodanus, ipse uero maximus Rhenus in septentrionem elabuntur: hic quidem à primo fonte modicus uagusq; est, mox riuis utrinq; uenientibus auctior ualido fluxu confederatos Rhetos & Heluetios disternat. A Borea in uallcm sui nominis elapsus, oras abluit bellicosarum gentium: nec infecundos præterit, optimi uini cliuos. Ab austro montium prærupta, quæ Solem brumalem, aut orientem, aut alto

Lacus Acroni- situm haud facile admittant, late prospectans. Lacum Acronium gemino aluio ingreditur: quorum alterum ue-

stuvi Rheni cognomine uocant accolæ, palustri effigie adeo tardum, ut quam in partem eat, uix obserueret. Alterum

Marcellinus. Rheni nomine, plenis ripis, tanta uiandas emittentem, ut candidus annis fluxus, suum inter cœruleas lacus undas iter in multam à litore distantiam retineat. De Acronio & Veneto in ea epistola, quam ad Agricolam nostrum aliquando scribebamus, satis dictum. Solinus Brigantinum, Ammianus Brigantie lacum, à Bregantia uectissimo oppidulo nominauit. Id adhuc haud longe à Rheni ostijs meridiem uersus pristina lacus litora tenet.

Libet uero Marcellini uerba adscribere, quæ quantum è corruptissimis exemplaribus colligere potui, sic habent: Inter montium celorum anfractus impulsu immani Rhenus decurrens extenditur, qui penes Aleponios

in deciduas cataractas inclinatione pernici ut Nilus funditur, torrens ab ortu protinus primigenio, copijs aqua-

rum proprijs irruit cursu simplici: iamq; adiutus niviibus liquatis ac solutis alta diuortia riparum abradens, la-

cum inuidit rotundū & uastum, qucm Brigantium accola Rhetius appellat, quadrigea & sexaginta stadia longum, pariq; penè spacio late diffusum: horror squalentium syluarum inaccessum efficit, nisi qua uera in Ale-

mania uirtus, & sobria uita compositu locum, barbaris & natura locorum, & coeli inclemencia refragante. Hanc ergo paludem spumosis sternendo uerticibus annis irrumpens, et undarum quietem permeans, medianam

uelut funali intersecat libramento, & tanquā elementū perpetua discordia separatum, nec aucto, nec imminuto agmine, qd' intulit, uocabulo & uiribus absoluuntur integris: nec cōtagia deinde ulla perpetiens, Oceani gurgitibus intimatur: quodq; est impendio mirū, nec stagnū aquarū rapido transcursu mouetur, nec limosa sub colluvie tardatur properans flumen, & confusum misceri nō potest corpus: qd' nisi ita agi ipse doceret aspectus, nulla ui

Aeronij latitu- credeatur posse discerni. Hactenus Ammianus. Cuius tēporibus lacū cū nō adeo oppidis fuisse celebrē existimo atq; hodie est. Sed in hoc decipitur, etiā si ipse uiderit, qd' prop̄ tā latū esse ait, quām est lōgus. Cōstat enim. 12.

do & longitu- millia passuum, ubi latissimus est, nō excedere, cū longitudinē habeat passuum nō minus. 24. milliū. Lōge autē falsissime

do. mū est, aquae cū cōfī limose, cuius colluvie Rheni undæ uidelicet nec tardentur, nec inquinentur. Quāquā hodie sunt qui annis undas reliquis impermixtas mediū Acroniū traiecte è uulgi sententia sibi persuaserūt: quod nō

est ipse obseruauit, etiā si ab ostijs paulo ampliori impetu, qd' grādia ubiq; flumina solent, se immergit. Quoq;

Oppida Acro- ad orā attinet, oīa hodie uinetis pomarijsq; cultissima sunt, paucis in locis planicies litorum mollior, scirpo &

nīj. arūdine steriles est. Oppida Brigantii uectissimū cū amne & arce comitū de Monteforti, de oppido sic Vuala

phridus medie & tatis author nō ignobilis, Locus, inquit, est antiquæ structuræ, seruans inter ruinas uestigia, ubi

terra pinguis, & fructuarijs prouentibus apta, montes per gyrum excelsi: eremus uasta & imminens, oppido

planicies copiosa. Et infra paulo, Nomen, inquit, eius Brigantiū. Lindauū in insula sitū, opportunissimo portū,

& claris ædificijs nobile. Hydropurgū pagus infra est, nomē dedit cius loci alumnus Rudolphus noster Agricola. Mox oppida, que latine non facile protuleris, Longonargum cum amne, Buchorna, Mersburga, que Antisititis

est Constantiensis. Is erat dum hæc scribebam, Hugo de Landenberg uectissimæ ex Heluetijs prosapia Præsul. Mox Vberlingum. Altero uero in litore citra Rhenum omnium clarissima opibus, dignitate, & magnitudine

Constantia. Constantia: supraq; eam in ora prop̄ media Arbona cum arce, antiquissima illa & diui Galli morte nobilitata, Non longe uero supra Rheni ostia in eius ripa situm oppidulum Rhinegum, Comitum quondam eius nominis, nunc à multis annis, Heluetiorum. Prætero pagos plurimos, aliaq; scitu memoratuq; digna, que referre alijs operæ fuerit. Ab Arbone litore occasum uersus passibus plus minus octo millibus, intra montana non admodum

Oppidū ad san- sylvestris, nec infecunda, oppidum extat imperiale ad sanctum Gallum, cū Cenobio sc̄la & diui Benedicti, uerte-

stum Gallum. ri doctrina quondam & eximia sanctimonia celebre: hodie opulentum, & studijs ad opes conuersis magno po-

tentatu uisendum. Cui Gallus quidam è Scotia profectus, originem præbuit, uir tam uitæ sanctimonia, quām re-

rum omnium contemptu, & spontaneæ paupertatis uoto clarus: qui annis retro ferè nongentis à Rectorū op-

pidulo peructus Brigantio digressus, cum in montana abiisset, eremū quærendæ gratia, in loco deserto antea ferisq; & syluarum asperitate horribili, tenuibus iactis fundamentis (tam exilia magnarum rerum exordia esse

Vadiani pa- solent) urbi cum primis celebri nesciis ac nolens afferatissimū initium præbuit. HAE C dulcis patriæ nostra

est, hæc familiæ Vadianorum non uno seculo beneuola & munifica nutrix est. Debeo igitur tantæ altrici, cum

publico gentis nomine, tum obligatione priuati debiti. Cui enim non ingrato nec ignobili patriæ facies iocunda

non sit: cui non dulce natale solum ea maxime gratia quod genuit, quod educauit. Ac ne quis amore me magis

quam studio

quam studio ueritatis motum, ut plura de ea referam existimet, ab omnibus profus hoc in loco praconis absti-
nendum censui. Alio in opere conati sumus, & porrò ubi poterimus, conabimur, ne quis erga patriam ingratos
nos fuise aliqua in parte obijcere queat. Quod si loci commoditatem ob montes, ob flumina, ob aëris gratissimam.
salubritatem, & coeli affluxum minime noxiū, si ciuium religionem, prudentiam, æquitatem, humanitatem, bel-
li pacisq; administrationem, non satis pro rei dignitate retulero, si studia probatissima, & famigerata per Euro-
pam mercimonia, non fuerō pro dignitate consecutus, ueniam mihi posteri dabūt, quod primus illa fuerim ausus:
quandoquidem in magnis, ut Propertius ait, & uoluisse sat est. Et pleriq; qui post me alijs erunt in annis, nostra
audacia ducti fortasse meliora proferent. Quorum ē numero futurum sp̄cramus, Melchiorem Vadianum fratre Melchior Va-
nostrum ea etiamnum iuuēnem indole præditum, ut polliceri mihi ausim, modo bonus Genius uitæ dux fuerit, cō dianus.
Sarturum eum post nos quicquid disperibus studijs occupate uires nostræ inabsolutum ediderint. IV X T A pa Heluetij.
triam intra Rhenum & Rhodanum Heluetij sunt, quibus & ipsis paginae nostræ debetur locus. Liberi illi hodie,
& suis iusti legibus, armis uiam faciunt, ubi aut religioni, quam peculiariter obseruant, aut æquitati suis nō da-
tur locus. Bellicosissimi uero, & quod in armorum studio raro aliqui cernitur, mire humani & mansueti: pedi-
tatu adeo ualidi, ut herbam uel uictores præbeant. Nulla his mora, quin uel paratissimo ad uictoriam hosti, pue-
gna faciant copiam. Ex æquo certatur quoties ea defenduntur, quæ publicis consilijs decreta sunt. Nihil autem
refert, pauper an diues, plebeius an imaginibus clarus quis sit, iuxta uitæ mortisq; periculum omnibus est, ne
queri quis posset eandē aleā fortibus uiris, pari sorte nō ludi. Utinā autē secura doli fiducia cautius quādoq; de
se periculū ficeret. Nimius nōnunquā (pace meorū Heluetiorū dixerim) nimius est impetus: nec est satis ualere
uiribus, nisi ipsis magna industria utaris. Haud frustra Palladē, galea, ægide, & hasta armata uetus, hoc est do-
ctissimi Poëtæ finxerūt: cū sit cōpertū in bello plurimū quidē loci uiribus eſe corporis. Cæterū multo præstan-
tioreſ eſe in quoſ uis uifus, ſi cædē rationis frenis obtēperent. Id qđ in Heluetiorū caſtris aliqui peculiariter, et
nullo nesciente ſolet retineri. Verū ſemel iterumq; peccafe quid obſit? Errare turpe uideatur, cſto: at certe nulla
ſolida ſine errore uirtus. Tūc enim cautius ſapimus, quū uirtutis amore nobis cōmisi errores peperere. Nec eſt
in toto inquirendæ prudentiæ genere maior uirtutis fomes, quam quū ſæpe errādo, ſæpe periclitādo, ſine magno
incōmodo noſtro tandem quid pro ſalute agendū ſit cernimus. Quorū ſum hæc: quū Heluetiorū ex officio memini,
pugna mihi incidit ea, quæ anno ab hinc tertio prope Mediolanū multorū ſanguine in cruduit. Quādo in euidē-
tissimū admirādæ fortitudinis præſtādū de ſe indiciū, Helueticus exercitus nihil cōſtantī pditionis rumore ter-
ritus, ſine equitatu, nec totus, ſine ordine, ſine ducibus, ſine die, imminente iā uſpere, ſubito tumultu, Gallorū inſi-
gniū, immo Germanorū, Hispanorū, Vasconū, Venetorū, nullis nō uigilijs, nullis nō tormentis, nullis nō foſis mu-
nitas copias, unis in caſtris, tāta alacritate adoriri eſt ausus, ut singulari uel ipſi hosti ſpectaculo fuerit, peperere
ritq; ea res ingētē terrorē. Quo in loco, qđ in feruida pugna pars Heluetici exercitus profligata eſt, eruperunt
uelut ex equo Troiano uiri non indocti, qui tanquā ad Triarios res Heluetica iam inclinassent, Gallorū potētiſ-
ſimo regi Francisco, nescio an munerū captandorū magis, an ſtudij ueritatis gratia, congratulari nō planè mo-
destis numeris, utcunq; uoluerunt. Niſi quod inauditum eſſet cefiſſe Heluetium: aut quod hæc res, que nul-
li olim imperio, nulli regno non contigit, quod Heluetijs contigijſet, digna memoratu uifa eſt. Nec enim facile di-
xerim quantam inuidiam cuius gentis felicitas paſſim nutriat. Sed non licet, inquis, gratulari? licet utiq;. Et ma-
gnum eſt candidi amoris testimonium, lētari ex pectore, quoties his quos amas, bene ſuccederit. Verū cōtemne
re faſtu quodam, & maledictis lacere, quid aliud eſt, quam publicis perturbationib⁹ fidelia fundamenta iace
re? Nemo Heluetius Ludouico ampliſſimo Gallorum regi eſt congratulatus, quando ad Idus Maias Anni. 1509.
inter Cassanum, Triuum, & Rioltam ſiccā oppida, Venetum exercitum fudit, ſugauitq; decem amplius milli-
bus defuderatis, ut tertio lib. an. lect. ſcribit Cœlius: idq; Heluetici roboris cum primis opera. Abſit autem ut
quiſpiā noſtriū non agnoscat, cōmūnē hanc eſe regnorū & imperiorū ſortem, ut uincere & uinci, prout iuſſerit
quādoq; fortuna, translaticiū ſit. Cedimus enim (ut Persij uerbiſ utar) inq; uicē præbemus crura ſagittis. Audio
uero & alios eſſe, q; nescio quā Iliada edituri ſunt, pro gloria illi agent etiā ſua, ſi uerit atē hiſtoriæ ducem cōſti-
tuent: ſin aut aut amori tribuent quicquā, aut odio indulgebūt, audient male: nā niſi me fallit animus, multi erūt
inter Heluetios Scæuole, qui olim in publice huius inuidiae flamas ſeueri ſtili manū inſicient. Adeo enim durū
nobis cœlū nō eſt, ut perſuadere ſibi quis debeat, Latias Musas amenos Alpiū receſſus nō aliquādo petituras.
Quod ad pugnā attinet, ſcio quam fortiter Gallus, quam cōſtāter Germanus cōgreſſus ſit. Veſpere quidē utrūq;
uicerat Heluetius, niſi pugnæ nox obſuſet. Mane ſequit̄s dici cū diu præliū aicipti aleā cōmitteretur, Gallus
uictoriā retinuit: magna ibi ſeuerritate decertatū eſt, & multæ utrinq; generoſe eſflatæ anīæ, multūq; ab utraq;
cruoris parte datū, atq; utinā alterutri alio quopiā periculo aut uincere, aut uinci datū ſuifſet: casus enim fortū
uirorū quicquā illi ſint, me miſcret. Heluetius quidem præter uires in lacertis poſitas nihil habuit reliqui, quo in

Pugna Helue-
tiorum cū Gal-
lis.

Venetus exer-
citus profligā-
tus.